



Co-funded by the  
Erasmus+ Programme  
of the European Union



EULALIA

European Latin Linguistic Assessment

Erasmus+ Strategic Partnership for Higher Education (2019-2022)

(2019-1-IT02-KA203-062286)

<https://site.unibo.it/eulalia/en>

## **O3: European Latin Language Certification – Advanced Level - Methodological and Pedagogical tools, Multimedia Practical Tools**

### **Exercises**

(Swedish Version: 30.09.2022)

#### **Project Coordinator:**

Alma Mater Studiorum – University of Bologna (Italy)

#### **Project Partners:**

University of Köln (Germany)

Catholic University of the Sacred Heart – Milan (Italy)

University of Rouen (France)

University of Salamanca (Spain)

University of Uppsala (Sweden)



The European Commission's support for the production of this publication does not constitute an endorsement of the contents, which reflect the views only of the authors, and the Commission cannot be held responsible for any use which may be made of the information contained therein.

## Övningar för nivå B1

### Terentii Adelphoe (id est Fratres)

*Nox est in domo Micionis senis. Aeschinus adulescens, filius fratris sui, nondum rediit, eumque senex sollicitus expectat. Nam Aeschinum maxime deligit, quem a prima aetate tamquam suum eduxit. Micio dicit quod sibi videtur de educandis liberis*

- 1 Storax<sup>1</sup>! – Non rediit hac nocte a cena Aeschinus  
neque servolorum<sup>2</sup> quisquam, qui advorsum ierant (...)  
Ego quia non rediit filius quae cogito!  
quibus nunc sollicitor<sup>3</sup> rebus! Ne aut ille alserit<sup>4</sup>  
5 aut uspiam ceciderit ac praefregerit<sup>5</sup>  
aliquid. (...)  
Atque ex me hic natus non est, sed ex fratre. Is adeo  
dissimili<sup>6</sup> studios<sup>7</sup> iam inde ab adulescentia<sup>8</sup>:  
ego hanc clementem<sup>9</sup> vitam urbanam<sup>10</sup> atque otium  
10 secutus sum et, quod fortunatum<sup>11</sup> isti putant,  
uxorem numquam habui. Ille contra haec omnia:  
ruri<sup>12</sup> agere vitam, semper parce<sup>13</sup> ac duriter  
se habere, uxorem duxit, nati filii  
duo: inde ego hunc maiorem adoptavi<sup>14</sup> mihi;  
15 eduxi a parvolo<sup>15</sup>, habui, amavi pro meo:  
in eo me oblecto<sup>16</sup>, solum id est carum mihi.  
Ille ut item contra me habeat facio sedulo<sup>17</sup>:  
do, praetermitto<sup>18</sup>, non necesse habeo omnia  
pro meo iure agere; postremo, alii clanculum<sup>19</sup>  
20 patres quae faciunt, quae fert adulescentia<sup>8</sup>,  
ea ne me celet<sup>20</sup> consuefecerit<sup>21</sup> filium.  
Nam qui mentiri<sup>22</sup> aut fallere insuerit<sup>23</sup> patrem aut  
audebit, tanto magis audebit ceteros.  
Pudore et liberalitate<sup>24</sup> liberos  
25 retinere satius esse credo quam metu.

### Glossarium

<sup>1</sup>Storax: servus a Micione vocatus

<sup>2</sup>servolorum: servorum (familiariter appellati)

<sup>3</sup>sollicitor: sollicitus sum

<sup>4</sup>alserit (algeo, -es, alsi, -ere): frigus passus erit

<sup>5</sup>praefregerit: fregerit

<sup>6</sup>dissimili: non simili

<sup>7</sup>studios: studio est

<sup>8</sup>ab adulescentia: ab aetate adolescentis

<sup>9</sup>clementem: clemens est is cui clementia est

<sup>10</sup>urbanam: urbanum est quod ad urbem pertinet

<sup>11</sup>fortunatum: felix, bonam fortunam habentem

<sup>12</sup>ruri (rus, ruris):



<sup>13</sup>parce: sine luxuria

<sup>14</sup>adoptavi: tamquam filium eum habui

<sup>15</sup>parvolo: parvo puero

<sup>16</sup>in eo oblecto: id gaudeo

<sup>17</sup>sedulo: sollicite

<sup>18</sup>praetermitto: (praeter + mitto), non curo

<sup>19</sup>clanculum patres: patribus nescientibus

<sup>20</sup>celet: abscondat

<sup>21</sup>consuefecerit: in eum consuetudinem induxi

<sup>22</sup>mentiri: falsum dicere

<sup>23</sup>insuerit: in consuetudinem se adduxerit

<sup>24</sup>liberalitate (liberalitas, -atis): liberalitatem habet qui bono animo est et de suo multum dat

## 1. Välj rätt sammanfattning att foga till varje del av texten

- a) Pater Aeschini, qui frater Micionis est, urbem non amat moresque antiquos habet; contra Micio, qui nepotem secum tamquam filium accepit, sine uxore e in otio liberam vitam in urbe ducit.
- b) Micio Aeschinum tamquam filium carum habet. Omnia ei concedit, nec putat recte agere eos patres qui adolescentes vexant eosque cogunt in secreto male agere.
- c) Micio non dubitat quin filii a patribus vexatos facilius falsa dicant; ergo timore uti ad filios educendos non utile putat.
- d) Micio certus est Aeschinum sibi numquam falsum dicere contemnitque patres qui metu putant filios bonos mores docere.
- e) Nepos amatus est a Micione tamquam filius suus; Micio mitis pater est: nec filium vexat nec cogit eum non grata facere. Filio fidem habet, ratus eum nihil secreta agere.
- f) Micio turbatus est: timet ne Aeschino, qui nondum domum rediit, aliquid acciderit
- g) Aeschinus patrem non habuit, quia ille vitam urbanam oderat et in agros solus fugerat. Itaque filium suum fratri familiae reliquit, qui illum tamquam ex se natum habuit.

1-6 \_\_\_\_\_

7-14 \_\_\_\_\_

15-21 \_\_\_\_\_

22-25 \_\_\_\_\_

## 2. Välj rätt svar

1. Micio:

- a) non dubitat quin Aeschino aliquid acciderit
- b) queritur quod Aeschinus solet nocte redire
- c) dubitat an Aeschino aliquid acciderit
- d) irascitur quod servuli nondum redierint

2. Micionis frater:

- a) asperam vitam in agris agit
- b) male habet filium cum fratri vivere
- c) miser in agris vivit
- d) secundum naturam ruri vitam agit

3. Micio:

- a) putat in domo sua nimis liberam vitam Aeschinum agere
- b) velit Aeschinum more patris vitam agere
- c) non vult Aeschinum omnia experiri quae adolescentes faciunt
- d) velit Aeschinum nihil sibi abscondere

4. Micio putat:

- a) se Aeschinum ita eduxisse ut veritatem semper dicere
- b) liberos qui patrem fallant audacissimos esse
- c) quae adulescentia fert, liberos palam facere
- d) multis donis retinendos liberos esse

### 3. Välj den synonym eller fras som bäst motsvarar betydelsen

1. v. 2 *advorsum ierant*:
- eo ierant ubi Aeschinus cenavit ut eum domum ducerent
  - contra eos ierant qui Aeschino nocere possent
  - foris erant, domino invito
  - cum Aeschino ad cenam ierant
2. v. 8 *dissimili studio est*:
- non eadem quae frater didicit
  - dissimili habitu est
  - non eadem quae frater vult
  - dissimili specie est
3. v. 11 *Ille contra haec omnia*:
- ille Micionis mores contemnit
  - ille contra Micionem est
  - ille a Micione totus diversus est
  - ille alienus a Micione est
4. v. 17 *ut item contra me habeat*:
- ut contra me dicere audeat
  - ut ei tam carus sim quam is mihi est
  - ut nihil faciat quae mihi non placeat
  - ut contra me idem faciat quae ego facio
5. v. 20 *quae fert adulescentia*:
- quae adulescentia patitur
  - quae adolescentes solent facere
  - quae adulescentia gerit
  - adulescentium morbi
6. v. 25 *satius*:
- peius
  - melius
  - prius
  - maius

### 4. Välj rätt svar:

#### v. 4 *quibus*

- är samordnat med det följande *rebus*
- syftar på det föregående *quae*
- är ett relativpronomen
- är o dativ

#### v. 4 *Ne... ille alserit*

- är en underordnad sats med final betydelse
- är en oberoende optativ konjunktiv
- är en underordnad sats som är beroende av ett *verbum timendi*
- är en oberoende potential konjunktiv

#### v. 10 *quod fortunatum isti putant*

- är en (underordnad) kausalsats
- är en (underordnad) inskränkande eller parentetisk relativsats
- är en komplementsats (t.ex. en subjekts- eller objektsats)
- är en fras inledd av en relativ anknytning

#### v. 12 *agere*

- är en infinitiv i en utropssats
- är en infinitiv styrd av ett underförstått *dico*
- infinitiven har här en substantivisk funktion
- är en historisk infinitiv

#### v. 17 *ut... contra me habeat*

- är en komplementsats (t.ex. en subjekts- eller objektsats)
- är en (underordnad) finalsats
- är en (underordnad) konsekutiv sats
- är en (underordnad) komparativ sats *è una*

#### v. 22 *qui*

- syftar på *Aeschinus*
- syftar på ett allmänt *filius*
- syftar på ett allmänt *homo*
- syftar på *patrem*

### 5. Ordförråd

I texten dyker verbet *habeo* upp i vv. 13, 15, 17, 18 i olika funktioner; klassificera dem genom att införa dem i följande tabell:

habeo = aliquem aliquo modo tracto	habeo = puto, teneo	habeo = mihi est
------------------------------------	---------------------	------------------

